



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 93. Opera & obitus Scriptorum Eterodoxorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

stophorus a S. Joseph Carmelita Excal- Sæc. XVIII.
 ceatus scripsit egregium opus de Re- A. C. 1711.
 gulis morum.

§. XCIII.

*Opera & obitus Scriptorum Etero-
 doxorum.*

His adjungimus celebriores Scriptores
 Acatholicos, quos inter primo loco
 recensendus venit Henricus Dodwellus,
 qui elucubravit dissertationes Cypria-
 nicas & in Irenæum, Prælectiones
 Academicas, Parænesin de nupero
 schismate Anglicano, dissertationem
 de tabulis cæli & annis Patriarcharum,
 opus de cyclis, de communione Lai-
 corum Sacerdotali & quædam alia.
 II. Adam Herold edidit Palladium re-
 formatorum a sua Sede destructum in
 Cap. IX. Rom. & varias Theologicas
 disputationes. III. Nicolaus Gûrtlerus
 publici juris fecit Historiam Templariorum,
 Origenes mundi, Theologiam
 systematicam, Elencticam, & practi-
 cam, explicationem vocum Typico-
 Propheticarum, systema Vaticiniorum,
 Dialogos Eucharisticos, Historiam Ec-
 clesie Gallicæ & defensionem Cateche-
 seos Palatinæ. IV. Joannes Ernestus
 Grabe vulgavit Dissertationem de variis
 vitiis LXX. Interpretum versioni illa-
 tis

Wood
 Athen.
 Oxon.

11

Sæc. XVIII tis &c. versionem LXX. Interpretum
A. C. 1712. ex Codice Alexandrino, Irenæum,
 Spicilegium Patrum & Hæreticorum
 Sæcul. I. II. & III. Justinii M. Apolo-
 giam cum notis, defensionem testimo-
 nii Josephi de Christo, Epistolam de
 Codice Alexandrino LXX. Interpre-
 tum, præter opera Georgii Bulli.

§. XCIV.

*Congregatio in causa Quesnelliana
 Romæ instituta.*

*Lafiteau
 Hist. de
 Const. t. I.
 part. I.
 pag. 130.*

Ineunte anno hujus Sæculi duodeci-
 mo summus Pontifex non modo a
 Rege, sed etiam a plurimis Franciæ
 Episcopis sollicitatus, singularem Con-
 gregationem, in qua Quesnelli reflex-
 iones examinarentur, instituere de-
 crevit. Nominabat igitur Spadam,
 Ferrarium, Fabronium, Calinum &
 Tolomeium Jesuitam Cardinales, qui-
 bus sex laboris socios ex celeberrimis
 Theologis & Jureconsultis adjunxit.
 His gallicus Quesnellii liber unacum
 ejusdem versione latina tradebatur, ut
 præprimis eundem cum versione con-
 ferrent, & de versionis fidelitate judi-
 cium pronuntiarent; ne vero Cardina-
 lem Noailium, qui hunc librum ap-
 probabat, offendere timerent, ejusdem
 literæ illis exhibebantur, in quibus se
 ceter